Morelo 26
(102)
Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Clemens eps servus servorum dei Venerabilibus fratribus Archiepo Mediolanen. et Epo Lauden. seu dilectis filiis eorum Vicariis in spiritualibus generalibus Salutem et aplicam ben[edictionem]
Significarunt nobis dilecte in xpo filie nobiles mulieres Mariana Bonadilla Comitissa della Sommaglia vidua relicta quondam Comitis Alfonsi della Somaglia
et Margarita Somalia Peretta eius ex dicto quondam Alfonso nata uxor dilecti filii nobilis viri Michaelis Peretti Marchionis Incise heredes dicti Alfonsi quod nonnulli
iniquitatis filii quos prorsus ignorant Census terras domos possessiones bona mobilia et immobilia scripturas publicas et privatas fidem tamen
facientes ac iura nec non pecuniarum summas auri et argenti quantitatem iocalia gemmas margaritas aliosque lapides preciosos domusque suppellecti-
lia magni momenti ad dictas significantes ratione successionis hereditarie dicti Alfonsi [illegible] communiter spectantia subtraxerunt et temere occuparunt
eaque malitiose occultare ac occulte et indebite detinere presumpserunt et presumunt ex quo prefatis significantibus gravia damna valorem Quin-
quaginta ducatorum excedentia nequiter intulerunt in animarum suarum periculum et dictarum significantium non modicum detrimentum Super quo
significantes ipse aplice sedis remedium implorarunt Quocirca fraternitati vestre Archiepiscope et Epe seu discretioni vestre filii Vicarii per aplica scripta
mandamus quatenus [illegible] personarum qualitatibus vobis pro vestra respective conscientia
videbitur expedire Omnes huiusmodi bonorum detentores et illorum celatores aut alias scientiam habentes ac damnorum illatores occultos ex parte
nostra publice in ecclesiis coram populo per te vel alium seu alios moneatis ut infra competentem terminum quem eis prefixeritis ea dictis significantibus
a se debita detentores quidem sive occupatores restituant occultatores vero ac alias scientes revelent Et si id non adimpleverint
infra alium competentem terminum quem eis ad hoc duxeritis peremptorie prefigendum ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam profe-
ratis eamque faciatis ubi quando et quoties videritis expedire usque ad satisfactionem condignam et revelationem debitam solemniter publicari
Volumus autem quod ex revelatione huiusmodi si eam fieri contingat non possit nisi pro civili interesse et civiliter tantum agi et dicta revelatio ipsa
neque in iudicio neque extra iudicium fidem faciat Dat. Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo nonagesimo sexto
XI Junii Pontus nri Anno Quinto

In V C F H. [illegible]

Aptetur prout in regro [illegible]

B. Vena

Laudn

I Sexta

1596 11/VI

R.ta : lib° 3° fol. 65

Ill.mo Marchionis Peretti

Morbio 26 (102)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1880635550-14/fragment/page=0002